

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Gaspar Osorius de Valderauano, & P. Antonius Riparius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

accersere. Semel, ac iterum  
dirè verberatus, in ipso car-  
ceris in quem reducebatur  
vestibulo vi dolorum pro-  
stratus, innocentem animam  
fortiter expirauit, ipsâ Chri-  
ſti morientis horâ, vt perhi-  
bent: & cum ipfis manicis  
atque compedibus, ita vt  
vincitus erat, sepultus est.  
Orandi affiduitate supra lau-  
des alias insignis emicuit.

## APRILIS.

P. Gaspar Osorius de Valde-  
ravano, &

P. Antonius Riparius.

In Para-  
quaria.  
1. April.  
1639.

**I**N Paraquaria vterque  
fæcundis pro religione  
sudoribus inclytus prosperè  
laborauit; & in Ciaccorum  
Prouincia, ob damnatas au-  
tas gentis superstitiones,  
vtrius-

vtriusque caput ligneis clavis contusum est. Ita interfectorum rasos vertices, in odium fidei & sacri ordinis concerpsere; pectoribus etiam laceratis. Fama fuit, Patres hos iam trucidatos barbaris apparuisse, sacrificali ueste, ac multâ luce circumdatos, enixèque commonuisse; ut Christo sese addicerent, Patribus alijs ad fidei magisterium aduocatis: id quod ipsi barbari prodidere.

Fides.

R. Gaspar Oforius Angelum suum custodem coluit studio planè singulari, officio eius honorem quotidie recitato, & Angelicâ quadam oculorum, totiusque oris modestiâ. In Deiparae vigilijs, pane ac frigidâ circumscribebat ieuniū; flagro ferreis rotulis armato se cedebat.

Hispanus.

ætat. 44.

Soc. 27.

Ang. Cur-

stos.

B. V.

Mortificatio

F 3 bat.

hat; quietem verò non alio  
ceruicali vſus quām lapide,  
capiēbat.

*Italus .  
etat. 31.  
Soc. 12.  
S. Ioseph.  
S. Xau-  
rius.  
Mare .  
Mortif.*

P. Antonius Riparius ma-  
gno erga S. Iosephum ut cul-  
tu, ita fiduciâ speabilis,  
dicebat se ab eo nihil ad-  
modūm quod non obtinue-  
rit petiſſe. S. Xauerij reli-  
quijs maris tempeſtatē tran-  
quillauit: quo circa voti re-  
ligione promiſit ſe, i. Decē-  
bris perpetuum iejunium  
ſeruaturum; ſextâ quoque  
qualibet feriâ, ex voto item,  
panis tantū & aquæ uſu  
contentus. Huius cæſi ca-  
put viſum ſepiū exultare,  
cūm corpus truncum staret  
ingenti ſpectantium admi-  
ratione.

*Anglus.  
Vigorniæ.  
7. April.  
1606.*

P. Eduardus Oldcornus Hal-  
lus. Romæ ad Societatem  
adlectus, in Anglia feliciter  
no-